Floram; vellem lubenter quod te adiret; videres discipulum meum genuinum, quamvìs non facie pulchrum, sed moribus antiquum.

Pulchra planta *Bellis*, à te missa, mihi notissima est, quamvis vivam nunquàm viderim; crescit copiosè in Italiâ. Est Bellis caule folioso.

Quæso, in liberis (more solito) ad me mittas *Pathologiam* tuam, sed tantùm partem posteriorem, s. ipsos *Characteres cum speciebus vitiorum chirurgicorum*. Vidi librum semel; unus medicus Stockholmiæ obtinuit librum. Jussi Bibliopolam accersere 100 exemplaria, quæ promisi ipsi uno die ferè divendita; sed vix obtinebit antè finem junii; tamdiù vix expectare sufficio; si obtineam modò *Characteres*, potero reliqua expectare.

Misi libellos, præterito autumno, per tuum con-

---

lique à Stockholm, entraîné sans doute par le mouvement général qui se faisait autour de lui, demanda à Linné un naturaliste pour explorer la Péninsule Ibérique. Linné se hâta de proposer un de ses élèves, Lœfling, qui fut agréé le 7 janvier 1751, et partit aussitôt avec un traitement de cent ducats par an. PETRUS LOEFLING *Lusitaniam appulit* 1751, *quam et Hispaniam explorans ità mandatis satisfecit, ut ad similia exequenda, in Americam Australem* 1754, *mitteretur. Circà medium aprilem Cumanæ constitit, cujus littora et provinciam usquè ad flumen Orinocum peragravit; sed, anno vix interlapso, febre correptus et consequente anasarcâ, præmaturè periit*, 1756. (A.-L.-A. FÉE, p. 154-155. — Adn. Ad. Juss., *Act. cit.*, p. 221.)